


49. Prohibet autem Baptismi reiterationem initio analogica Typi ratio: Quemadmodam enim circumcisionem iterare haud licebat: aut iteratam fuisse, ullum facti exemplum in scripturis comprobatur: ita neque in antitypo, Baptismo videlicet, iteratio locum habere vel potest, vel debet.

50. Deinde Actio haec foederalis, semel in Ba- Rom. 11, ptismo cum DEO inita, ex parte DEI manet 29. & c. semper ἀμεταμέλητ : siquidem incredulitas hominum, fidem DEI non evacuat: ita, ut ex vi semel initi huius foederis, DEVS gratiam suam, infanti baptizato collatam: hypocrite vero adulto, in eodem baptismo oblatam semper velit expositam, ut quamprimum per veram poenitentiam lapsi vel hypocrite revertuntur, protinus ipsis salutaris incipiat esse baptismus.

3, 3. 2.
Tim. 3, 13

51. Cuius rei exemplum habemus in Simone Mago, quem à Philippo baptisatum, cum Petrus vidisset cor ejus non esse rectum coram Domino, non rebaptizari jussit, quasi baptismus, quem hypocrita sine fide prius acceperat, ex parte DEI redditus fuisset irritus: sed monuit ut ageret poenitentiam: sic enim fore, ut baptismi antè in hypocrisis percepti usus ac fructus verè ipse reddatur particeps.

Act. 8, 21.
& 22.

52. Perniciosus ergo error Cypriani, qui ab hereticis baptizatos, rebaptizandos esse statuit:

enā